

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium s  
cum fonte primo

In extremo iudicii die cum  
apertis celis, ministrantibus  
angelis, cum sedentibus apostolis, in  
sede maiestatis sue Christus apparuerit,  
omnes hunc electi pariter et reprobi  
uidebunt ut et iusti de munere  
retributionis sine fine gaudeant, et iniusti  
de ultione supplicii in perpetuum  
gemant.

Gregorius in omelia anno XV.

Vbi ergo in hac sententia propheta  
prophetiae oculum nisi  
ad extremi iudicii diem tendit? Vbi cum  
apertis caelis, ministrantibus  
angelis, consedentibus apostolis, in  
sede maiestatis suaee Christus apparuerit,  
omnes hunc et electi et reprobi pariter  
uidebunt, ut et iusti de munere  
retributionis sine fine gaudeant, et iniusti  
de ultione supplicii in perpetuum  
gemant.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 20, 7 (CCSL 141, R. Étaix ed., pp.158-9, ll.126-132).